paenitentiam; cui imperator ut uideat quid reliquerit quid secutus sit.
& quomodo spernens bona & dulcia, mala & amara elegerit; hoc autem
totum factum est quia reliquit dn̄m dm̄ suum & timor illius non est apud eum;
principium enim sapientiae timor dn̄i; quem quia non habuit malo & ama
ritudini traditur; A saeculo confregisti iugum meum siue tuum, rupisti
uincula mea siue tua. & dixisti non seruiam; In omni enim colle sublimi.
& sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix siue ibi diffundebaris
in fornicatione; Quasi ad meretricem loquitur isrl. quod coniugalia foedera
ruperit & dixerit non seruiam. subauditur dn̄o uel marito, sed in omni col
le sublimi & sub omni ligno frondoso prostrata fuerit idolatriae; amena
enim semper & excelsa loca idolis dedicantur; potest hoc & ad eum dici.
qui ab initio xp̄ianus & sacris ex parte litteris eruditus, postea desiderio
saecularis litteraturae quae significatur in collibus & amoenae loquen
tiae quae in frondosis monstratur arboribus, prosternat sed e montibus.
qui sub occasione eruditionis & sublimis scientiae polluuntur credentium ani
mas & diuaricasse faciunt pedes suos omni transeunti; Ego autem plantaui te
uineam electam omne semen uerum. quomodo conuersa es mihi in prauum
uinea aliena; lxx; ego autem plantaui te uineam frugiferam omnem ueram.
quomodo conuersa es in amaritudinem uitis aliena; pro uinea electa siue frugife
ra. In haebraeo sorech habet. quae in isaiae cantico ponitur; est autem
genus uitis optime. quo surculo & isrl̄ dn̄s plantasse se dicit, & miratur
quomodo semen uerum. electaq; uinea conuersa sit in amaritudinē. & ideo
facta sit uinea aliena; nullusq; recursus sit. si & plantatio dn̄i & semen uerum.
& uinea sorech in tantum suo uitio cōmutatur. ut per amaritudinem recedat a dn̄o.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0028